Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

qm puluis sumus ho sicut fenum dies eius tanquam flos
agri sic efflorebit Quia spiritus pertransibit in illo et
non subsistet et non cognoscet amplius locum suum
Misericordia autem domini ab eternitate et usque in eternum super timentes eum
Et iustitia illius in filios filiorum his
qui seruant testamentum eius Et memores sint man
datorum ipius: ad faciendum ea Dominus in celo paruit
sedem suam et regnum ipius omnibus dominabitur Benedi
cite domino omnes angeli eius potentes uirtute facien
tes uerbum illius ad audiendam uocem sermonum eius
Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius:
benedic anima mea domino an Clamor meus ad te veniat domine a
Benedic anima mea domino: domine deus meus Benedic
magnificatus es uehementer Confessionem
et decorem induisti amictus lumine sicut uestimento
Extendens celum sicut pellem: qui tegis aquas superiora
eius Qui ponis nubem ascensum tuum qui ambulas
super pennas uentorum Qui facis angelos tuos spiritus
et ministros tuos ignem urentem Qui fundasti terram
super stabilitatem suam: non inclinabitur in sempiternum sicut
Abyssus sicut uestimentum amictus eius: super montes sta
bunt aquae Ab increpatione tua fugient: a uoce
tonitrui tui formidabunt Ascendunt montes et
descendunt campi: in locum quem fundasti eis Termi
num posuisti quem non transgredientur neque conuertentur
operire terram Qui emittis fontes in uallibus:
inter medium montium pertransibunt aquae Potabunt omnes
bestiae agri expectabunt onagri in siti sua Super
ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum da
bunt uocem Rigans montes de superioribus suis:

Benedicite domino omnes virtutes eius ministri
eius qui facitis voluntatem eius;

60